

## 399.

*Bischof Gottfried von Asilia bekennt, daß er auf Veranlassung des Bischofs von Naumburg die Kirche zu Rodameuschel geweiht habe, welche bisher Filiale der St. Peterskirche in Stöben gewesen sei. Herr Volemar, der Gründer der Kirche, habe, um dieselbe von der Mutterkirche freizumachen, dem Abte von Bürgel als Patron zur Schadloshaltung 3 zwischen den Ländereien des Abtes gelegene 5 Aecker Landes versprochen, die er von der Markgräfin von Meißen zu Lehen habe, oder auch eine andere Schadloshaltung, wenn die Markgräfin ihre Genehmigung verweigert. 1227 [Sept.—Dez.]*

*Hdschr.: Kop. Bürgel (Saec. XVI) Geh. Haupt- und Staatsarchiv Weimar F 510 No. 7 fol. X<sup>b</sup>—XI<sup>b</sup>.  
Gedr.: Mütschke, Urkundenb. von Stadt und Kloster Bürgel 1,80.*

Godefridus dei gratia Asiliensis episcopus universis presentibus et futuris notum 10 esse volumus, quod nos ecclesiam in Rodemussel auctoritate domini episcopi Nuenburgensis diocessani videlicet dedicavimus. Que cum iure filiali recursum respectumque ad ecclesiam sancti Petri in Stube iuxta <sup>a)</sup> villam, priusquam ecclesia inibi fundaretur, in sacramentis ecclesiasticis habere<sup>b)</sup> deberet, dominus Volemarus fundator eius cupiens eam a 15 prefata matre sua esse liberam, promisit domino abbati de Burgulino, cui iam dicte ecclesie patronatus pertinet, nobis et omni populo, qui ad dedicationem supra memorate ecclesie convenerat, presentibus in restaurum tres agros, quos de manu marchionisse Misnensis in feodo habebat et inter agros abbatis positi erant, vel de aliis rebus restaurum, si eos abbas a domina marchionissa optinere non posset, quatenus eam ab ecclesia sua in Stube liberam dimitteret. Dotavit etiam idem Volemarus prescriptam ecclesiam suam <sup>hinc</sup> XXII modiis 20 Isenbergensis mensure, XI hiemalis et XI estivalis annone, et decima omnium vinearum suarum per omnes annos in perpetuum. Si vero pactum memorati restauri non processerit sepe dicta ecclesia in Rodemussil ad matrem suam in Stube antiquo iure respiciens per se nec sepulturam nec baptismum habebit. Ut autem huius rei series inconvulsa permaneat, hanc cedulam exinde conscriptam nostro et domini abbatis et domini Volemari 25 sigillis roboravimus. Huius rei testes sunt: Bertoldus prepositus in Hugistorp. Conradus supprior et Cunradus magister conversorum de Porta capellani nostri. Hugo, Guntherus, Cunradus monachi de Burgulino. Frumoldus, Berchtchus, Iohannes sacerdotes de Camberg. Hermannus de Indagine. Cunradus de Bresinitz. Ekkehardus et Sigilogus de Gozerstete. Otto de Lindenhart. Heinricus et Hartmannus de Lubanitz et alii plures. 30 Acta sunt hec anno dominice M. CC. XXVII., indictione prima.

## 400.

*Landgraf Ludwig cignet die von seinem Truchseß Günther und dessen Sohne Heinrich an Dietrich, Vitzthum von Apolda, verkaufte Mühle zu Mattstedt auf des letzteren Antrag dem Kloster Heusdorf zu. [1217—1227.] 35*

*Hdschr.: Or. Perg. Geh. Haupt- und Staatsarchiv Weimar. S., an Pergamentstreifen, verloren. Phot. II. St. A.  
Gedr.: Thuringia sacra 377.*

399. a) Lücke freigelassen für 3—4 Buchstaben. b) habuorant habero.